



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll J2 [previously I2] (recto)

Part 1

[Monday] 22 Feb 1574

[N.B. this Roll pre-dates Part 4 of Roll J1 [previously I1].]

Manerium
de Dulwich

Curia Barronis Nicholai Calton tenta vicesimo secundo die Februarii anno regni domine nostre Elizabethæ dei gracia Anglie
Frauncie et Hibernie regina fidei defensoris & sexto decimo . / . / . /

I.2

Johannes Crofft	} Jurati	Henricus Dove	} Jurati	Robertus Bruxby	} Jurati
Stephanus Cowcheman		Johannes Lewes		Henricus Huscroft	
Xpoferus Curson		Walterus Boone		Thomas Ferynge	
Johannes Mathewe		Richardus Shott		Willelmus Kyppyng	

Sursumreddicio

Finis xij^d
[purely nominal]

Fidelitas

Johannes Dove generosus venit coram Thomæ Becke Senescallo manerii predicti in ista plena curia die et anno supradictis et sursumreddedit in manus domini per manus Senesca^{li} secundum consuetudinem manerii predicti omnia tenementa sua customaria infra iurisdictionem huius curie videlicet Quinque messuagia sive cottagia Centum acras terre prati bosci sive plus sive minus per estimacionem ad quas idem Johannes admissus fuit tenens domini ut patet in rotulis curie manerii predicti ad opus et usum Johannis ap Thomas et heredum suorum inperpetuum Cui dominus per senesca^{um} suum predictum concessit inde seisinam Habendum et tenendum omnia premissa sibi et heredibus suis de domino per virgam secundum consuetudinem manerii predicti per redditus et servicia inde prius debita et de iure consueta qui dat domino define pro tali statu et ingressu inde habendo ut patet in capite Et idem Johannes ap Thomas fecit fidelitatem domino Et admissus fuit inde tenens .

Obitus tenentis

Homagium presentant ad hanc curiam quod Henricus Knight qui tenuit sibi et heredibus suis dum vixit de domino huius manerii per virgam secundum consuetudinem eiusdem manerii duo messuagia sive tenementa customaria quatuor acras terre prati et pasture pertinentes ad eadem messuagia infra dominium predictum Et quod Nicholaus Knyght est filius et proximus heres predicti Henrici et aetatis quarterii unius anni et non amplius Et etiam quod consuetudo huius manerii a tempore cuius contrarij memoria hominis non existit est quod tam corpus talis heredis usque ad aetatem

21 annorum quam omnia tenementa customaria eius descendunt de eius patre vel alio antecessore de sanguine patris sui erunt et manent sub salva custodia et warda femine et uxoris talis tenentis sic mortui usque ad predictum aetatem 21 annorum completorum Et ulterius presentant quod predictus Henricus non obiit seiscitus de eee aliquibus aliis terris sive tenementis tentis de domino eiusdem manerii

Consuetudino

Homagium presentant quod omnia tenementa customaria tenta de eodem manerio a tempore cuius contrarij memoria hominis non existit secundum consuetudinem eiusdem manerii[sic] usitata sunt et fuerunt este sursumreddicio ad minus in manus duorum tenentium customariorum eiusdem manerii et quod predictus sursumreddicio sic capta et facta modo et forma predicta ad proximam curiam tenendam post predictum sursumreddicionem debet esse presentata per predictos duos tenentes ad minus in plena curia nisi unus predictorum duorum tenentium moritur ante predictam proximam curiam sic tenendam Et si ita evenerit quod unus eorum moritur tunc ipse qui diutius vixerit predictum sursumreddicionem presentare debet ad predictam proximam curiam eiusdem manerii tenendam Sed predicta consuetudo non obstante unus Magister With legis peritus dedit homagio intelligi pro sua advantagia quod unus predictorum duorum tenentium talem sursumreddicionem sic captam presentare potest Et propter eius opinionem petunt ulterius diem certius fieri in premissis Tamen postea predictum homagium Una voce affirmaverunt suas consuetudines ut superius modo et forma supradicta . /

harriota

X

Homagium ulterius presentant quod si forte acciderit quod aliquis tenentium huius manerii[sic] moritur quod dominus manerii predicti habeat et perciperet meliorem[sic] avarium[sic] illius tenentis tempore mortis sui habentis nomine harriota Et quod hoc tempore presentus dominus manerii predicti recepere debet unam harriotam de bonis et cattallis predicti Henrici Knight tempore mortis sue pro harrioto suo ad presentem debito .

* either way, a 'man of straw'

† probably Nicholas Calton's tame lawyer

* two more 'men of straw'

Ad istam curiam venit Robertus[sic, Johannes] Durant* in propria persona sua et queritur versus Johannem ap Thomas† de placito terre videlicet de quinque tenementis viginti[sic, sexaginti] acris terre sexaginti acris prati sexaginti acris pasture viginti acris bosci et decem acris iampnorum et bruerae cum pertinentiis in Dulwych predicta infra Jurisdictionem huius curie Et facit protestacionem prosequi querelam suam predictam in forma et natura brevis domine Regine de recto recti ad communem legem secundum consuetudinem manerii Et invenit plegios de prosequendo querelam suam predictam Johannem Doo* et Ricardum Roo* Et predictus Johannes ap Thomas

comparuit in propria persona sua Et super hoc predictus Johannes[sic] Durant in propria persona sua petit versus eundem Johannem ap Thomas predicta quinque tenementa ducentas acras terre &c cum pertinentiis in Dulwich predicta Infra Jurisdictionem huius curie ut ius et hereditatem suam secundum consuetudinem manerii predicti Et unde dicit quod ipsemet fuit seisitus de tenementis predictis cum pertinentiis in dominico suo ut de feodo et iure secundum consuetudinem huius manerii tempore pacis tempore domine Regine nunc capiendo inde explecias ad valenciam &c Et quod tale sit ius suum offert &c Et predictus Johannes ap Thomas in propria persona sua venit et defendit ius predicti Johannis[sic] Durant et seisinam ipsius Johannis[sic] Durant de qua seisina &c et totum &c et quicquid &c Et vocat inde ad warrantam Johannem Dove qui presens est hic in curia in propria persona sua Et gratis tenementa predicta cum pertinentiis ei warrantizat Et super hoc predictus Robertus[sic] Durant petit versus ipsum Johannem Dove tenementa predicta cum pertinentiis in forma predicta Et unde dicit quod ipsemet fuit seisitus de tenementis predictis in dominico suo ut de feodo et iure tempore pacis tempore domine Regine nunc capiendo inde explecias ad valenciam &c Et quod tale sit ius suum offert &c Et predictus Johannes Dove tenens per warranta sua defendit ius predicti Johannis[sic] Durant et seisinam ipsius Johannis[sic] Durant quando &c Et totum &c Et quicquid &c Et maxime de tenementis predictis cum pertinentiis ut de feodo et iure &c Et ulterius inde vocat ad warrantam Willelmum Dalton qui presens est hic in curia in propria persona sua Et gratis tenementa predicta cum pertinentiis prefato Johanni Dove warrantizat Et super hoc predictus Robertus[sic] Durant petit versus ipsum Willelmum Dalton tenementa predicta cum pertinentiis in forma predicta &c Et unde dicit quod ipsemet fuit seisitus de predictis quinque tenementis sexaginti[sic] acris terre sexaginti acris prati sexaginti acris pasture viginti acris bosci et decem acris iamprorum et brueræ cum pertinentiis in dominico suo ut de feodo et iure secundum consuetudinem manerii predicti tempore pacis tempore domine Regine nunc capiendo inde explecias ad valenciam &c Et quod tale sit ius suum offert &c Et predictus Willelmus Dalton tenens per warranta sua defendit ius predicti Roberti[sic] Durant quando &c Et totum &c Et quicquid &c Et maxime de tenementis predictis cum pertinentiis ut de feodo et iure &c Et ponit se super homagium domini in natura magne Assise domine Regine Et petit recognitionem fieri utrum ipse maius ius habet tenendi tenementa predicta cum pertinentiis sibi et heredibus suis secundum consuetudinem manerii predicti ut tenens inde per warrantum suum an predictus Johannes durant habendo tenementa predicta cum pertinentiis ut ille superius petit &c Et predictus Robertus Durant petit licenciam inde interloquendi

usque horam primam post meridiem huius diei Et habet &c Et postea ad horam predictam idem Robertus[sic] Durant revenit hic in curia in propria persona sua Et predictus Willelmus Dalton solemniter exactus non revenit sed in contempto curie recessit et defaultum fecit Ideo consideratum est quod predictus Johannes[sic] Durant recuperet seisinam suam versus predictum Johannem ap Thomas de tenementis predictis cum pertinentiis tenendum sibi et heredibus suis secundum consuetudinem huius manerii quietam de predicto Johanne ap Thomas et heredibus suis et de predicto Johanne Dove et Willelmo Dalton et heredibus suis Et quod predictus Johannes ap Thomas habeat de terra predicta versus predictum Johannem Dove ad valenciam &c Ed[sic] quod idem Johannes Dove habeat ulterius de terra predicta versus predictum Willelmum Dalton ad valenciam &c Et predictus Willelmus Dalton in misericordia &c Super quo predictus Robertus[sic] Durant petit admitti ad premissa vertute recuperacionis predicte Cui per senescallum dominus ^{manerii} concessit ei inde seisinam tenendum sibi et heredibus suis secundum formam recuperacionis predicte de domino per virgam &c Reddendo inde domino redditus et servicia prius debita et consueta &c et dat domino de fine &c et fecit domino fidelitatem &c Et admissus est inde tenens &c Postquam predicta recuperacio fuit peracta et fenita[sic] prefatus Robertus in plena curia sursumreddidit tenementa predicta in recuperacione predicta nominata ad opus et usum Nicholai Calton et heredum suorum imperpetuum que quidem sursumreddicio sic capta et facta prefatus Nicholaus Calton ad tunc dominus manerii predicti presentis in curia consentire agreavit et cepit per receptionem unam parvam virgam in manus suas habendum sibi et heredibus suis imperpetuum . . . /

Harrietus

Johannes Hunt venit in plena curia et fatetur se reddere unam vaccam nomine harrieti debiti domino in consideracione cuiusdam sursum reddicionis factis in manus duorum tenentium manerii predicti ad usum Roberti With legis periti qui accidit domino manerii pro quacunque sursum reddicione facta per aliquem tenentem manerij secundum consuetudinem manerij predicti . /

Sursumreddicio

Homagium presentant quod Samwelus Dove extra curiam sursum reddidit[sic] in manus Christoferi Curson et Walteri Boone unam acram terre customarie cum pertinentiis ad quam idem Samwelus admissus fuit tenens ut patet in rotulis curie manerii predicti Ad opus et usum Willelmi Dalton heredum et assignatorum suorum imperpetuum Cui dominus per Senescallum suum predictum concessit inde seisinam Habendum et tenendum predictam acram terre customarie cum pertinentiis sibi et heredibus suis de domino per virgam secundum consuetudinem manerii predicti per redditus et

*Walter Boane
Tenaunt in right
of His Wyf
[the former Agnes
Henley]*

[blank] servicia inde prius debita et de iure consueta Qui dat domino de fine pro tali statu et ingressu inde habendo ut patet in capite Et Idem Willelmus Dalton fecit fidelitatem domino et admissus fuit inde tenens

[End of J2 [previously I2] (recto). J2 [previously I2] (verso) follows below :]

Roll J2 [previously I2] (verso) *N.B. This section is earlier than Roll J1 [previously I1] (verso).*

Part 2 *[Monday] 10 May 1574*

Dulwich **Visus Fraunci Plegii** cum curia Barronis Nicholai Calton tenta decimo Die mensis Maij Anno regni Domine nostre Elizabeth Dei gracia Anglie Frauncie et Hibernie Regina[sic] & c Sextodecimo .

I 2 v

Thomas Oodde c-----		Robertus Brouxsby c-----		Robertus Mathew c-----	
Xpoferus Curson		Henricus Dove		Thomas Longe	
Johannes Lewes	} Jurati	Henricus Huscroft	} Jurati	Johannes Shott	} Jurati
Johannes Heathe		Richardus Shott		Egidius Abecke c-----	
Walterus Boone c-----		Henricus Hunter c-----			
	ij ^d		ij ^d		ij ^d

Homagium presentant quod Willelmus Maninge Johannes Maninge Walterius Brasy et Thomas Salter sunt commorantes et inhabitantes infra iurisdictionem huius Lete et debent sectam ad eandem et fecerunt defaltam Ideo in misericordia prout patet super eorum capitibus .

Homagium presentant quod Nicholas Calton generosus de novo fecit fossem[sic] ad locum vocatum Howlettes grene in via regia ad dampnum et nocumentum euntium versus ecclesiam et aliorum domine Regine legum populi pro via publica ad forum Ideo in misericordia ut patet in eius capitibus .

Homagium presentant quod Thomas Longe non mundavit fossem suum A campo vocato Peryfelde ad locum vocatum Ashepoolle ende Ideo in mesericordia[sic] domini prout patet in eius capitibus videlicet xij^d singulia roda .

Homagium presentant quod citra festum omnium sanctorum proximo futurum Johannes Mathew mundaret fossem suum A stabulo suo versus Grenestret continentem per estimacionem xij Roddas sub pena forisfacture pro quolibet Rodda non mundata xij^d

Ordinatum est per homagium predictum quod citra festum predictum omnium scantorum[sic] proximo futurum Willelmus Kyppyngge mundaret fossem suum A Mathewes dich deorsum continentem per estimacionem xij Roddas sub pena forisfacture pro quolibet Rodda non mundata xij^d

Ordinatum est per homagium predictum quod citra festum predictum omnium scantorum[sic] proximo futurum Willelmus Dalton mundaret fossem suum a Kippinges dych deorsum continentem[sic] per estimacionem xij Roddas sub pena forisfacture pro quolibet Rodda non mundata ----- xij^d

Ordinatum est per homagium predictum quod citra festum predictum omnium scantorum[sic] proximo futurum Johannes Webster mundaret fossem suum A Daltons dich deorsum ad communem Sewer continentem per estimacionem xxx Roddas sub pena forisfacture pro quolibet Rodda non mundata c----- xij^d

Ordinatum est per homagium predictum quod citra festum predictum omnium scantorum[sic] proximo futurum Johannes Mathew mundaret fossem suum ab ashpolle ende continentem per estimacionem xx Roddas sub pena forisfacture pro quolibet Rodda non mundata o----- xij^d

Ordinatum est per homagium predictum quod citra festum predictum omnium scantorum[sic] proximo futurum Awdrian Lorden generosus mundaret fossem suum ab Ashpolle ende continentem per estimacionem xx Roddas sub pena forisfacture pro quolibet Rodda non mundata o----- xij^d

Ordinatum est per homagium ^{predictum} predictum quod citra [^] festum Omnium scantorum[sic] proximo futurum Stephanus Couchman mundaret fossem suum apud Ashpolle continentem per estimacionem viij Roddas sub pena forisfacture pro quolibet Rodda non mundata c----- xij^d

Ordinatum est per homagium ^{predictum} predictum quod citra [^] festum Omnium scantorum[sic] proximo futurum Willelmus Maninge mundaret fossem suum apud Kenelles continentem per estimacionem xx Roddas sub pena forisfacture pro quolibet

non
Rodda \wedge mundata o----- xij^d

Ordinatum est per homagium predictum quod citra festum predictum omnium scantorum[sic] proximo futurum idem Willelmus Maninge mundaret fosse[m] suam apud Howlettes grene continentem per estimacionem xl. Roddas sub pena forisfacture pro quolibet Rodda non mundata o----- xij^d

Ordinatum est per homagium predictum quod citra festum predictum omnium scantorum[sic] proximo futurum [blank] Wryght mundaret fosse[m] suam vocatum Morkynes dych continentem per estimacionem xl Roddas sub pena forisfacture pro quolibet Rodda non mundata o----- xij^d

Homagium presentant quod Egideus Becke permisit unum porcum inanulatum ire ad largum super communie Domini contra veterem ordinacionem et consuetudinem eiusdem manerij Ideo in misericordia domini

Homagium predictum presentant quod Johannes Dally permisit unum porcellum inanulatum ire ad largum super Communie domini contra veterem ordinacionem et consuetudinem eiusdem manerii Ideo in misericordia domini

Homagium presentant quod Willelmus Maninge permisit duos porcos inanulatos ire ad largum super communie domini contra veterem ordinacionem et consuetudinem huius Mannerij Ideo in misericordia domini

Homagium presentant quod Robertus Nelson permisit unum porcum inanulatum ire ad largum super communie domini contra veterem ordinacionem et consuetudinem eiusdem Mannerij Ideo in misericordia domini

Homagium presentant quod Xpoferus Curson permisit unum porcum inanulatum ire ad largum super communie Domini contra veterem ordinacionem et consuetudinem eiusdem Mannerii lido[sic, Ideo] in misericordia domini .

Homagium presentant quod unus pullus extrahurus coloris browne bay precii sex sollidorum octo denariorum est in custodia Willelmi Dalton

Homagium presentant quod Johannes Badger et Robertus Broksby vendunt potum contra vitulariam assisam Ideo sunt in misericordia domini prout patet super eorum capitibus

Homagium presentant quod Willelmus Dalton evulsit lanam ab ovis tergo ad valenciam duorum denariorum . presentant

Homagium quod predictus Willelmus Dalton et Jana uxor eius acciperunt A Nicholao Spilsted servo cuiusdam Johannis Mathew de Dulwich triticum et avenam ad quantetatum quarti partis modij aut plus eo et alia de bonis et cattallis eiusdem Johannis Mathew et aliorum ad valenciam o----- x^d

Homagium presentant quod dicta uxor predicti Willelmi Dalton mulxit aliorum vaccas absque possessorum licentia ad valenciam c----- iiiij^d

Homagium presentant quod idem Willelmus Dalton felonice cepit et asportavit dimidium modij triticij circa festum nativitatis Domini ultime preteritum de bonis cuiusdam Johannis Woodfall[sic] nuper de Dulwich generosi ad valenciam o----- xv^d

Homagium presentant quod idem Willelmus Dalton minavit cunstabullarium et alios officios domine Regine quando scrutabant domum predicti Willelmi causa recipiendi latrones incognitos Ideo in miserecordia prout patet in eius capite

Homagium presentant quod idem Willelmus Dalton allixit et procuravit aliorum servos rapere et capere quicquum possunt ab eorum dominis, et ducere ad eundem Willelmum Dalton Et si domini eorum illud furtum videbunt et illos dimittent predictus Willelmus Dalton et uxor eius recipient et eos custodient quoad illis placebit Quemadmodum receperunt servum nuper Thome Swayne generosi custodis arcubliste quem pro tale crimine prefatus Thomas ab eo detrusit Ideo in musericordia[sic] prout patet in eius capite

Homagium presentant quod idem Willelmus Dalton stupram custodivit in edibus suis Nam habuit tres liberos ex meretricibus natos quorum duos uxor eius nutrit qui moriebant^{lur} infra quarterium

unius anni post natalem Et inuplis[sic, innuptis] masculis et femellis licentiam dedit in edibus eius pernoctare et incumbere Ideo in misericordia prout patet super eius caput[sic, capite]

Homagium presentant quod Wilhelmus Steivinson tenet dominicales terras manerii predicti Et expendit ^{xij^d} extra limites les fures lanes & boundes manerii predicto Ideo in misericordia domini prout patet super eius capite

Homagium

Homagium ad curiam ibidem tentam decimo Die Maij Ann^o Regine Elizabeth Sextodecimo supradicto

Homagium presentant quod Matheus Draper ^{iijs^s iiij^d} generosus, et Johannes Webster ^{iiij^d} sunt tenentes huius manerii et debent sectam ad curiam baronis eiusdem manerii et fecerunt defaultam Ideo in misericordia prout patet super eorum capitibus

Homagium presentant quod Richardus Wright tenens huius manerii moriebat^{ur} post ultimam curiam seisitus de uno tenemento [et] quindecim acris terre customarie tentis de domino huius manerii vertute cuius contegit domino unum harriotum videlicet una vacca et quod Katherena Elizabeth Agnet Maria et Helena Wryght sunt filie et heredes propinquiores dicti Richardi Wright secundum consuetudinem huius manerii .

Afferatores [Richard Shott
Thomas Ode

[End of Roll J2 [previously I2].]